

## ΔΕΥΤΕΡΟ ΜΑΘΗΜΑ

amicus	amici	puer	pueri	donum	dona
amici	amicorum	pueri	puerorum	doni	donorum
amico	amicis	puero	pueris	dono	donis
amicum	amicos	puerum	pueros	donum	dona
amice	amici	puer	pueri	donum	dona
amico	amicis	puero	pueris	dono	donis
amabo		amavi	amaveram	amavero	fui
amabis		amavisti	amaveras	amaveris	fuisti
amabit		amavit	amaverat	amaverit	fuit
amabimus		amavimus	amaveramus	amaverimus	fuimus
amabitis		amavistis	amaveratis	amaveritis	fuistis
amabunt		amaverunt	amaverant	amaverint	fuerunt

- 1) Verba volant, scripta manent.
- 2) Dominus per servum medicum vocabat.
- 3) Medicus medicina domini morbum curat.
- 4) Dominus servum cum lanterna praemittit.
- 5) Mellite puer, nate unice, dormi.
- 6) Hilotae agros Lacedaemoniorum colunt.
- 7) Orpheus poeta lyrae sono feras mansuefaciebat et etiam saxa movebat.
- 8) Sicilia Romani imperii prima provincia erat.
- 9) Dionysius Syracusanus saevus tyrannus fuit.
- 10) Etruscorum templ a lignas columnas habebant.

In medio foro fatidicus vaticinia praedicabat: «Feminae et viri», clamabat, «parvo pretio futura nuntiabo!» At callida femina fatidici fallaciam denudavit: «Propheta!», clamavit, «Piratae villam tuam compilant, servos necant!» Sollicitus fatidicus ad villam advolavit. Postquam autem villam quietam vidit, iterum in forum intravit atque iratus feminam rogavit: «Cur, improba muliercula, mendacio tuo me perturbavisti?» Respondit femina: «Tu, falsis nuntiis, feminarum et virorum animos perturbavisti!»